eidem Magnifico Stanislao Drohoiowski Castellano Premisliensi et successori
bus eius pro summa recta docetur id sub ipso Castellano Premisliensi
percepta dignatione sed successoribus eius gratiosa et liberam facul
tatem habeat ad festum Conversionis sancti Pauli apostoli proxime
immediate venturum arendavit et in arendam locavit prout pre
sentibus arendat et modo arendae inscripsit dans et admittens eis
ad eximendum coram officio praesenti in bona supra arendata realem intro
missionem ac actualem et pacificam possessionem per Ministerialem Terrae Russiae
generalem quemcunque ab officio praesenti addito. Et hinc coram officio praesenti
personaliter stans praedictus Magnificus Stanislaus Drohoiowski Ca
stellanus Premisliensis a suis districtibus iuribus quibuscunque
propriis renuncians et huic praesenti iurisdictioni se successores cum bonis suis pro
hac parte recognitionis ac submittens subijciendo singula mente et corpore sese
publice ultro recognovit. Quia bona eadem utpote totam villam Głoplize
cum attinentiis sibi per praedictam Zamiechowska arendata non
alio iure nisi virtute praesentis arendae ad decursum supradicti temporis
Conversionis sancti Pauli apostoli tenebit et possidebit. Et post ex
pirationem huius festi Conversionis sancti Pauli apostoli et arendae pre
sentis bona praedicta eidem Catherinae Zamiechowska vel posteris
eius libere dimittet vel successoribus dimittet. Neque eadem Catherina Za
miechowska post expirationem huius arendae tempore in sua propria
in capitalem est nulla violentia per hoc facit. Cum successoribus
suis cum recognitione praedictorum bonorum huius Magnificus Stanisla
us Drohoiowski se successores super bonis suis haeredes inscribit non con
tradicere modo libere intromissionem reddet et ipse habitus per Ministerialem et Nobi
les quoscunque admittere debebit sub vadio in originali inscriptione
obligatoria contento et descripto in casu non admissae cuiusmodi
intromissionis post expirationem arendae ipso facto per eundem Castellanum
Premisliensem vel successores eius ad solvendum eidem Catherinae Zamie
chowska vel successoribus eius toto quovis opere facienda successione
cum et transferendam. Nulla in contrarium praemissorum praesentes
terrestris iuris inscriptionis processu obstante.

Capitaneus Premisliensis adscribit Blazowski

Coram officio cui praesidebat Generosus Christophorus Rey de Naglowice
Succamerarius Generosum Ioannem Thomam Drohoiowski a Drohoiow Capitaneum Pre
misliensem quo ad inscriptionem ab ipso infrascriptam vigore Statuti
in Regni subobligatus. Actum Grodi Castrensi Premisliensi, perso
naliter stans supramemoratus Generosus Ioannes Thomas Drohoiow
ski a Drohoiow Capitaneus Premisliensis, a suis districtibus iuribus
suis quibuscunque. Maiores foros sibi competentibus recedendo, huic
vero praesenti Castrensi Premisliensi iurisdictioni se successores cum bonis suis
haeredibus quo sed qui infra totum attinet incorporando et inscribendo
suis mente et corpore ex toto publice ultro recognovit. Quia
Nobili Andreae Blazowski et successoribus eius ad summam priorem origina
lem Noningentorum florenorum pecuniae monetae in Polonia coram officio
et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus eidem Andreae Blazowski per Capitaneum Ge
nerosum Ioannem Thomam Drohoiowski Capitaneum Premisliensem recognita
et inscriptam in bonis suis villae Woytkowice assecuravit, prout eam insc
riptio latius in se complectitur, summam Centum florenorum pecuniae monetae Polonicae
singulum florenum triginta grossis Polonicis computando in bonis
eisdem super quibus summa originalis se extendit adscribit adiungit et
assecuravit, ita quod summam simul iuncta efficiet Mille florenorum pecuniae
monetae Polonicae. Ad quam quidem summam simul iunctam hic Andreas Bla
zowski bona in originali inscriptione contenta et descripta tenebit
habebit et possidebit. Usque dum exsolvetur cum omni iure suo et per
omnibus conditionibus et clausulis eius inscriptionis origina
libus. Ad priorem praesentem inscriptionem adscriptam per priorem ori
ginalem et priorem originalem per praesentem adscriptam
in omnibus alteram alteri appropriando et ratificando. Inscribit praeterea
se hic Generosus Ioannes Thomas Drohoiowski a Drohoiow suc
cessores super bonis suis haeredes hanc inscriptionem ex actis Castrensibus
actis Terrae Premisliensis ad decursum primi in bas verbis
forma transferre et transportare sub vadio Centum florenorum
pecuniae monetae Polonicae per ipsum recognoscendum in defectu transportationis.

Borissowska arendat Viccapitaneo